8573 Caediciae | M. f. Victricis[1] *(alio loco)* Martialis | ser.

In collo amphorae, Romae rep., impressum (XV 3424 vidit Dressel). — 1) *Idem nomen prope ansam vasis magni Carthaginiensis (VIII 22637, 23). Florentiae quoque et in litore Fundano idem nomen, in amphoris ut puto, lectum est (XI 6695, 23. X 6252). Eadem mulier Neapoli ut videtur dedicavit titulum Inscr. Graec. Sicil. Ital. 722. Fortasse eadem Caedicia a. p. Chr. 65 Italia pulsa (Tac. ann. 15, 71), sine dubio postea restituta.*

8574[a] Traul. et Cris.[1]

In amphora prope Poetovionem rep. (III 12010, 7. 14371, 7). — 1) *Videtur esse Crispinilla, de qua cf. ad N. 8574*[b]*, cum marito Traulo (cf. Tac. ann. 11, 36).*

8574[b] Cal. Crispinillae[1].

In amphoris Parentii, Visinadae, Tergeste, Haidin prope Poetovionem repertis (V 8112, 24. III S. 12010, 2 exempla Tergeste adservata vidit Mommsen). — 1) *Litteras contignatas sic legit Mommsen. Est sine dubio Calvia Crispinilla dives et potens femina, de qua Tac. hist. 1, 73. Dio 63, 12; supra N. 7733*[a] *not.*

8575 fig. Gem|ellian.

In amphoris plus decem Romae et in una in ora Lusitaniae prope ostium Anae repertis (XV 2611, Eph. ep. 9, 424, 1 illas vidit Dressel).

8576[a] fig. Med.

In amphoris tam in Baetica quam in urbe Roma, item in Gallia Germaniaque repertis (II 6254, 17[a]*. XV 2615. XII 5683, 189. XIII 10002, 22. Eph. ep. 9, 424, 3). In aliis tam Romae quam in Baetica repertis est* Median. *vel* Mediane. *(Eph. l. c.). Cf. ad eam quae sequitur.*

8576[b] Q. F. R.[1] Med.

In amphoris sex Romae in monte Testaceo repertis, item in una reperta Peña de la Sal Baeticae, ubi fuit Arva (XV 2869a. Eph. ep. 9, 424, 49[a]*).* — 1) *Significantur sine dubio nomina tria domini figlinarum Medianensium. Fortasse is fuit Q. Fulvius Rusticus memoratus in titulo ipso illo loco Baeticae reperto supra N. 6919. Eius nepos fuit Fulvius Charisianus (ib.), unde in amphora montis Testacei Romae, ex Baetica ut videtur allata, XV 3876 pictum vidit Dressel:* Fulviorum II Charisianorum et Rogati.

8577[a] ex provinc. | Mauretan. | Caes. Tub.[1]

[b] ex prov. | Maur. Caes. | Tubus.

[c] ex o.[2] Iuli | Honor.[3] | p. m. C.[4] Tub.

In amphoris Romae et prope Romam repertis (XV 2635. 2634 multas vidit Dressel). — 1) *Tubusuctu oppidum Mauretaniae (cf. supra N. 645. 6103).* — 2) *Officina.* — 3) *Idem fortasse C. Iulius Honoratus eques Romanus, memoratus in inscriptione Tubusuctitana VIII 8838.* — 4) *Provincia Mauretania Caesariensi.*

8578 B.[1] | L. Op. Q. F. M. | cos.[2]

In collo amphorae, Faesulis repertae, nigro colore scriptum (XI 6697, 1 vidit Bormann). In collo eiusdem amphorae Cina *vocabulum impressum vidit Gamurrinius (XI 6695, 25).* — 1) *Bonum? (Hirschfeld).* — 2) *L. Opimio Q. Fabio Maximo*

archive.org